Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

an ante sententiam appellatum est ex
qua causa fuerit appellatum videlicet an sit talis que probata legittima esset et an causa sufficiens
sit interposita alias proposita ut supra
dixi. Item effectus appellationis (Quis sit effectus appellationis)
est ut ea pendente nil innovetur
sed omnia in eo statu permaneat
in quo erant tempore appellationis emisse
.ii. q. vi. appellatione interposita de
app. bone et c. si quis. Excipiuntur tamen quidam casus in quibus
aliquid innovatur qui habentur in
spe. § novissime v. excipiunt. Item
queritur qualiter appellatio in iudicio exhibita impugnetur (Qualiter appellatio impugnetur). Respondetur si instrumentum appellationis in iudicio